



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Iacobvs Nisibenvs Episcopvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

S. IACOBVS NISIBENVS EP. 17

cedonem peruenisset, Imperator missa regia trire-  
mi, & Senatorij ordinis principibus, egresso quo-  
que obuiam Patriarcha Polyeucto, toto comitan-  
te clero, cum facibus & lampadibus & thure eam  
in regiam perduxit.

Iuuat hanc salutarem dextram sacro carmine  
venerari.

Christi  
imaginem  
ad Abaga-  
ru quondam  
missam  
A. C. 954.  
de quin-  
fra.

Salve dextra potens Domini cui ringere fas est  
Purius Hesperio fidere fonte caput,  
Dextra potens salve mundi cui tempora parent,  
Terraq; vel profert iussa vel abdit opes.  
Amphitruoniades toto quam corpore Lernam  
Cadere vix potuit, pollice Diue potes?  
Pollice si tantum potes uno sternere monstrum,  
Quid manus ipsa potest, quid potes ipse manus?  
An quia dextra Deum tetigit, Deus habet in illa?  
Et facit ipse Deus, quod facit illa manus?

S. IACOBVS NISIBE- Idib. Sept.  
NVS EPISCOPVS. 13.  
A.C. 335.

Hic Nisibi inlyta vrbe natus & educas-  
tus, cum vitam quietam & à turbis re-  
motam affectaret, altissimos rupium ver-  
tices occupauit, inopemque solitudinis  
asperitatem generoso cōplexus animo per-  
æstatem vrebatur, per hyemē frigore & ri-  
gore vexabatur. in cibū quod inulta tellus  
vltro proferebat: in potionem, certum aquę  
modum adhibebat, simplici vnicoque con-  
tentus indumento. Et in corpus quidē hos  
sumptus faciebat, animum verò cœlestibus

B epulis

## 18 S. IACOBVS NISIBENVS Ep.

epulis assidue saginabat, vnde illi ad Deum  
liber accessus, & magna familiaritas. Nam &  
futura præsensit, & miraculorum patran-  
dorum à sancto Spiritu gratiam accèpit. Et-  
enim cum fortè ad locū quempiam perue-  
niisset, impudentibus quibusdam muliercu-  
lis propter fontem conspectis, fontem illico  
siccavit, crinesq; e illorum in canos defor-  
mauit. Sed aquam rogantibus restituit, ca-  
nos non mutauit. Et iudicē quendam Per-  
sam, iniqua sententia innocentes oppri-  
mentem ingenti sublato saxo elisit.

Illudentibus ei quibusdam, & sociorum  
quendam suorum extinctum simulantibus,  
cum per ludibrium, ut illum excitaret, roga-

<sup>† Idem in</sup> retur, reipsa <sup>†</sup> verbo extinxit. Sed fatigatus  
<sup>D. Epiphanius</sup> seriis precibus in vitam reuocauit. Postquā  
<sup>missus le-</sup> Nisibenam concendit cathedram, Nicæ-  
næq; Synodo interfuit, Atrium damnatum,  
& nihilominus postea templum ingredi-  
conantem precibus è medio, visceribus  
Arri disruptis, eximius hic Iacobus sustulit.

Saporem Persarum regem Nisibin obsi-  
dione prementem, machinasque plurimas  
submolientem, solo (post mortem) aspectu  
auertit, Persasque in fugam conuertit, im-  
missis nempe ingentibus culicum vespari-  
que examinibus, à quibus cum equi elephâ-  
tique assidue fodicarentur, abruptis frenis  
& habe-

*Eufilius om.  
vra Palla-  
dine.*

& habenis præcipites aufugerunt. Quod rex cum spectaret, inops consilij te infecta domum se recepit. His D. Iacobus prodigijs nobilitatus summa ætate, beata potitus pace obdormiuit.

## ANNOTATIONES.

**O**Mnes sacri (a) Fasti seu Romani, seu Bedæ, Notkeri, HRabani, Vsuardi, Adonis celebrat hunc decantatissimum Iacobum (b) Menologii, Menæa rursum 13. Sept. Acta Iacobi composuit (c) Theodoreetus, (d) Gennadius, Cassiodorus, (e) Nicephorus, Palladius, Baronius, Anno C. 338. Annali. 3.

a] ss. Iulij.  
b] pridie  
Cal. Nov.  
c] Theod. e  
i. Hist. i.c.  
7, li. 2.c. 30.  
d] De Viris  
Illust. c. 1.  
lib. 8.c. 14.  
li. 9.c. 28.

S. IOANNES CHRI-  
STI CAVSA MENDICVS,  
quem Calybitam nuncupant.

**I**oannes Constantinopoli patre Eutropio senatorij ordinis, matre Theodora natus, in ipsis primæ adolescentiæ annis, à litterarum officina, clam parentibus & pedagogis, cuidam se monacho addixit, & cœnobium \*Acōemetorum ingressus, ibi remotam à turbis vitam complexus, durae admodum disciplinæ religiosorum adsueuit. Postea yerdò quam illi veterator improbus Philtrū poculumue desiderio parentum mixtum, propinavit ac tentauit, etiam in hoc certamine aduersarium deiecit. Etenim cum ses-

\* quasi di-  
cas semper  
vigilanti-  
um.